in officio s(cilicet) cultura ortorum pro ministerio obsequens cottidie ad mensa(m)
domini sui recencia olera deferret. Quadam die dixit eidem regis genero: Dispone
sapienter ut post mortem regis tu regnes, nam ibi mortuus est.
Quod cum ille regi intimasset, misit pro tali ortulano volens ex-
periri utrum res se ita haberet. Qui cum primo intrasset rex dixit
ad generum suum: Intuitare quem contremui, qui visus fuit contra in sompnis
hac nocte astiterunt in quadam iudices qui sceptrum de manu
mea acciperent, de solio meo me vi magna repellerent.
De quibus hic ortulanus unus erat qui talem violentiam in ipsa
persona intulit. Unde diligenter inquire quis hic sit, quod est huc
tam minimum virum popularem ut apparet fore non suspicor.
Cum vero gener regis servum suum Paulinum privatim conpel-
leret ut quis esset in officio suo fateretur, dixit se fore episcopum.
Quo cum ille audisset expavit et dixit: Pete a me quod vis et dabo
tibi. Cui Paulinus ait: Unum est quod michi prestare potes, s(cilicet) ut omnes
homines civitatis mee quos captivos abstuleras relaxes. Qui
petitione pares omnes captivos liberos abire permisit, dans in-
super honustas naves frumento ac aliis necessariis pro satisfac-
tione venerandi viri Paulini. Sic quoque cum episcopo suo cuncti cap-
tivi ad propria cum gaudio reversi sunt. Post non multum vero temporis idem
Wandalorum rex secundum prophetiam Paulini mortuus est et sceptrum
quod ad suam perniciem dispensante deo pro fidelium disciplina
acceperat amisit. Atque gener eius ei in regni regimine suc-
cessit. Sic quoque factum est ut dei famulus Paulinus vera predixit
et qui se ad servitium pro dei amore et proximi tradiderat cum multis
captivus rediret dei fidelium servicio ad liberate.

f — Item de ea (De Andrea episcopo et quodam iudeo.

[illegible] Andrea Fundane urbis episcopo contra castitatem continentie ab i-
nfacta fuisset quia ille qui secum de temptacione dyabolica
periisse vellet. Unde factum est ut sanctimonialem quandam feminam